Addition ultérieure sur la bande supérieure du cadre :

x IMP CAES FLA VAL CONSTANTINVS PF IN AVG PM TRI·P·VII·IMP:VI COS PPPCOSS ET
IMP CAES·VAL·LICI LICINIVS PF IN AVG·PM TRI P IIII IMP III COS PPPCOSS

Sur la plaque même :

EXEMPL SACRA·LITTERARVM
HAVE DALMATI CARISSIME NOBIS
CVM IN OMNIBVS PRO DEVOTIONE AC LABORIBVS SVIS MILITVM NOSTRORVM COMMODIS
ADQVE VTILITATIBVS SEMPER CONSVLTVM ESSE CVPIAMVS·IN HOC ETIAM DISPO
(sic) SITIONVM NOSTRARVM PROVISIONE EIVSDEM MILITIBVS NOSTRIS CONSVLENDVM
ESSE CREDIDIMVS DALMATI CARISSIME VNDE INTVENTES LABORES EORVNDEM MILI
(sic) TVM NOSTRVM QVOS PRO REIPVB·STATV ET COMMODIS ADSIDVIS DISCVRSIBVS SVSTINENT
PROVIDENDVM AC DISPONENDVM ESSE CREDIDIMVS VT ET MILITIAE SVAE TEMPORE IVCVNDIS LABORVM
(sic) SVORVM FRVCTIBVS EX NOSTRA PROVISIONE SE PERFRVI GAVDEANT ET POS MILITIAM QVIAETO OTIO ET CONGRVA SECVRITATE
s POTIANTVR ITAQVE DEVOTIONI TVAE SIGNIFICANDVM ESSE CREDIDIMVS VT IDEM MILITES NOSTRI MILITIAE QVIDEM
(sic) SVAE TEMPORE QVINQVEM CAPITA IVXTA STATVTVM NOSTRVM EX CENSV ADQVE A PRESTATIONIBVS SOLLEMNIBVS
ANNONARIAE PENSITATIONIS EXCVSENT EADEMQVE·IMMVNIA HABEANT ADQVE CVM COMPLETIS STIPENDIIS LEGITIMIS
(sic) HONESTAM MISSIONEM IDEM FVERINT CONSECVTI SED ET HII QV LICET POSD VIGINTI STIPENDIA ADEQVE HONESTAM MISSIONEM
F ADEPTI FVERINT AB ANNONARIO TITVLO DVO KAPITA EXCVSENT ID EST TAM SVVM QVAM ETIAM VXORIS SVAE SI QVIS FORTE EX PRELI
VVLNERE CAVSARIVS FVERIT EFFECTVS ETIAM SI INTRA VIGINTI STIPENDIA EX EA CAVSA RERVM SVARVM VACATIONEM
(sic) FVERIT CONSECVTVS AD BENEFICIVM EIVSDEM INDVLGENTIAE NOSTRAE PERTNIAT ITA VT SVVM ET VXSORIS
SVAE KAPVT EXCVSET ADQVE VT OMNI MODO TAM QVIETIS SVAE SECVRITATI QVAM ETIAM COMMODIS CON
SVLTVM PROVISIONIS NOSTRAE BENEFICIO IDEM MILITES GRATVLENTVR LICET EIVSMODI ANTEHAC CON
(sic) CONSVETVDO FVERIT VT PLVRIMI HOMINES SIMVL HONESTAM MISSIONEM A DVCE PERCIPERENT PENES
ACTARIVM MISSORIA PER MANENTE EXEMPLA SIBI SINGVLI QVIQVE EXCIPERENT TAMEN VOLV
(sic) MVS VT CVM VEL HONESTAM VEL CASARIAM SICVTI SVPRA DICTVM EST MISSIONEM MILITES CONSECVN
TVR SINGVLI QVIQVE SPECIALEM A DVCE IN PERSONAM SVAM ACCIPIANT MISSIONEM QVO PROBATIONE
VERITATIS AC FIDEI APVT PERMANENTE SECVRITATE STABILI AT FIRMISSIMA PERFRVANTVR PERVIDET
SANE DICATIO TVA EOS QVI DILICTI SVI GRATIA DIMITTVNTVR AD BENEFICIVM LEGIS EIVSDEM PERTINERE
(sic) NON POSSE CVM VTRIVSQVE REI RATIONE HABERI OPORTEAT AC VITAE PROBABILIS INSTITVTA ADQVAE
(sic) HONESTAM MISSIONEM SED ET MERIT*a* *m*ILITIAE PREMIA A NOBIS CONDIGNA PERCIPERE CONVEAT VT ET
EIVSDEM INDVLGENTIAE NOSTRAE BENEFICIO PERPETVO IDEM MILITES PERPETVO PERFRVANTVR
AC SEMPITERNA DISPOSITIONIS NOSTRAE PROVISIO OBTINEAT FIRMITATEM VOLVMVS TENO
(sic) REM HVIVS INDVLGENTIAE NOSTRAE DESCRIBTVM PER SINGVLA QVEQVE CASTRA APVT SIGNA IN TA
BVLA AEREA CONSECRARI QVO TAM LEGIONARII MILITES QVAM ETIAM EQVITES IN VEXILLATIONI
(sic) BVS CONSTITVTI INLYRICIANI SICVTI SIMILIS LABORIS MILITIAE SVAE SVSTINENT ITA
ETIAM PROVISIONIS NOSTRAE SIMILIBVS COMMODIS PERFRVANTVR ET MANV DIVINA
VALE DALMATI CARISSIME NOBIS
DIVO MAXIMIANO VIII ET MAXIMINO
AVG II IMPP COSS s
IIII·IDVS IVNIAS·SERDICA